Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



confessio ibi non erit remissio. Et apostolus ait. Confitemini alterutrū
peccata urā. ut saluemini. Quartū donū est fortitudo ꝑquā om̄s tribula
tiones huius scli fortiter toleram⁹. & om̄s insidias diaboli ꝑfortitudinē
mentis nr̄ae euincimus. ut possimus cū apl̄o dicere. Grās ago ei qui me
confortauit. id est. dn̄o ihū xp̄o. Sed hoc tamen non nr̄is uiribꝰ pos
sumus ꝑficere. idōq; dicamus cū propheta. Fortitudo mea & laus mea
dn̄s. Et iterū. Fortitudinē meā ad te custodiā ds̄. Nos enī cū bona uo
luntate debemus incipere. dī aut̄ est ꝑficere quod bene cepimus. Idō
nanq; sepe dicimus. ds̄ in adiutoriū meū intende. dn̄e ad adiuuandū
me festina. Quintū donū est scientia ꝑquā possumus saluare animas
nr̄as qui ꝑ peccata & astutias diaboli seducti sunt. Magna enī scientia
debet esse instructus qui se ipsū debet tueri contra impugnationē
diaboli. sed multo maiore scientia indiget qui & se defendere debet. &
aliorū uitā corrigere. Sed difficile est ut alios corrigat qui se ipsū incor
rectū uidit & non emendat. Sextū donū est pietas ꝑquā peccantibꝰ
in nos ignoscimus. ꝑquā etiā amicos diligimus in dō & inimicos ꝓpt̄
dn̄m. Uera enim pietas ē nec sibi nec alios nocere. Quicunq; ů odiū ha
bet contra proximū suū. multo plus sibi nocet quā alteri; nā & si al
terius corpus uulnerat ferro. tam̄ suā prius mentē uulnerauit odio.
sic̄ scriptū est. Qui odit fr̄m suū homicida ē. non alterius scilicet
homicida quā suus. Se enī ipsū occidit. quādiu odiū portat in men
te. Septimū donū est timor dn̄i. ꝑquē nihil facere aliud audem⁹
nisi quod scim⁹ dn̄i nr̄i esse uoluntatē. ꝑquē mala uitamus. & bona
agimus. Nā scriptū est. Iniciū sapientiae timor dn̄i. Et. beat⁹ uir
qui timet dn̄m. Ille enī qui timet dn̄m. non solū declinat a malo.
sed etiā om̄a bona que agit non ꝓ laude & uana gloria hominū.
sed ꝓ timore dī sui facit. quē sibi p̄sentē semꝑ esse confidit. Si quis
ů his septē donis sp̄s scī uitā suā exercet. ille uere uiuit scd̄m con